INCIPIT LIBER CRONICORU[M] S[AN]C[T]I
ESIDO[RI] EPI IUNIORIS

BREVEM TEMPORUM PER
generationes et regna. primus ex
nostris. Iulianus africanus sub impe
ratore marco. Aurelio antonino simplici historiae
stilo elicuit. Deinde eusebius caesariensis atque
s[an]c[t]ae memoriae hieronimus chronicorum canonum
multiplicem ediderunt historiam regnis simul ac
temporibus ordinatam. Post hos alii atque alii.
Inter quos precipue victor toronensis ecclesiae
episc[opus] recensitis p[rae]dictorum historiis gesta sequentiu[m]
aetatum usque ad consulatum iustini iunioris exple
uit; Horum [nos] temporum summam ab exordio mun
di. usque ad augusti eracli uel lotharii. ac sisebuti
regis principatum quanta potuimus breuitate
notauimus. Adicientes e latere discendentem linea[m]
temporum cuius indicio summa preterita seculi
cognoscatur. Prima aetas seculi. Sex diebus reru[m]
I · omnium creatura[m] d[eu]s formauit. Primo die condidit
Lucem · II · Secundo firmamentum caeli · III · Tertio
speciem maris et terrae IIII Quarto sidera V
Quinto pisces et uolucres VI Sexto bestias atque
iumenta. Nouissime ad similitudinem suam hominem
primum. Adam. Adam annorum ducentorum xxx.
genuit. Seth qui pro abel natus est. CCXXX
Interpraetatur que re-surrectio quia in ipso resus
citatum est semen iustum quod est stirps filiorum d[e]i.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_239/0016